

Contributio decennialis pro regia  
maiestate in Prussia decreta.

140

Sigismundus Dei gratia rex Polonie etc:  
Manifestum facimus etc: Quia cum pro:  
consules, consules, scabini, atque universita:  
tes et communitas Gedanensis, metien:  
tes apud se gratiam et clementiam no:  
stram, nunc maximè dum in varios erro:  
res et gravissimos casus seditione quor:  
rundam nebulonum et salutatissimorum  
hominum prolapsi essent, et nos in pro:  
pria persona magnis et arduis regni  
nostri negotiis omissis, ad eos relevandos,  
et in pristinum statum atque tranquili:  
tatem reduendos venissemus, divinoque au:  
spicio et favore omnia tam divina quam  
humana exactè restauravissemus, volentes  
illi pro sua erga nos fide, integritate  
et observantia, singularem animi sui gra:  
titudinem declarare, contributionem genera:  
lem universis et singulis harum terrar:  
rum et civitatum Prussiae subditis et  
incolis status utriusque, pro nobis hac vi:  
ce in triennium laudatam et institutam,  
non solum acceptarunt; verum etiam il:  
lam tam de brassis, quam etiam aliis  
frumentorum generibus, ad septennium de:  
inde proximè futurum, pro nobis instituerunt  
et

1526  
et prorogant, eamque addito huiusmodi  
septennio, ad decem annos integros dan-  
dam et solvendam polliciti sunt et se  
obstrinxerunt. Nos vero vicissim rationem  
habentes mentorum prefatorum proconsulum,  
consulum, totiusque communitatis Gedanen-  
sis, qui coram nobis sufficienter ostenderunt  
dictam civitatem nostram Gedanensem,  
ab his qui se paulo ante ad regimen et  
magistratum civitatis Invole et temere in-  
gresserunt, et aliis gravissimis debitis in-  
volutam esse, quorum quidem debitorum  
summa septuaginta novem millia quin-  
gentas et sexaginta marcas numeri et  
monete Pruthenicalium exedit, eisdem  
proconsulibus, consulibus, totique civitati Ge-  
danensi, de prefata decenniali contributione  
tertiam partem ad ipsa debita exolvenda  
reliquimus et assignavimus, prout dona-  
mus, relinquimus et assignamus per pre-  
sentes. In quorum etc: 1526.